Michael Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae,
Samogitiae, Kioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque.

Significamus praesentibus literis Nris quorum interest Universis et singulis. Quia Nos condignam rationem habentes meritorum Magnifici Joannis Gninski Palatini Culmensis, Radzynensis, et Grodecensis Capitanei, quae Nobis et Reipublicae indefesso studio et sumptibus praestat, praesertim in la
boriosissima Commissione Moschovitica, ubi Respublica Principem eum Legationis esse voluit, tum praecidentes licet occasiones, quae ex avulsione bonorum
Nostrorum a Capitaneatibus et divisione in minutiores sequuntur partes, tum quod ex diversitate Jurisdictionum, et importunitate viciniarum varia per seorsiva Privilegiorum
impetratione causantur damna, atque ex aggravatione subditorum partes processibus Aulam Nostram implent, Laneum agri vulgo Diakoski dictum in Villa Zaszkowice
una cum taberna ibidem existen. morte Generosi Martini Wiszowski Notarij Terris Leopolien. vacante et ad dispositionem Nram devolutum in Capitaneatu Grodecen
sis, ad eundem Capitaneatum reuniendum et incorporandum, ac eidem Magnifico Joanni Gninski Palatino Culmensi, uti Capitaneo Grodecensi, et Dorotheae Ja
skulska Coniugibus dandum et conferendum esse duximus. Uti quidem reunimus, et incorporamus, damus, et conferimus praesentibus literis Nris. Ita ut ijdem Ma
gnifici Joannes Gninski Palatinus Culmensis, et Capitaneus Grodecen. et Dorothea Jaskulska Coniuges dictum laneum agri Diakoski una cum taberna ibidem sita in Villa Zasz
kowice, quam iam Jure Advitalitio possident, cum omnibus eiusdem agri et tabernae proventibus, censibus, emolumentis, Inquilinis, subditis, antiquitus ad eundem Laneum agri
spectan., nullis penitus exceptis, si qui inveniuntur ambo in solidum teneant, habeant, et possideant, ad extrema vitae suae sive alterutrius superstitis tempora. Promittimus
quoque pro Nobis et Serenis Successoribus Nris non esse Nos Serenissimosque Successores Nros memoratos Magnificos Joannem Gninski Palatinum Culmensem et Dorotheam Jaskulska Coniuges ambo in soli
dum ab usu et pacifica possessione dicti Lanei agri Diakoski una cum taberna in Villa Zaszkowice existenti omniumque eo spectan. attinen. amoturos. Quinimo salvum et integrum Jus advitalitium
ijs ambobus in solidum, sive superstiti alterutri eorum conservaturos. Juribus Nris Regalibus Reique publicae Ecclesiasticis salvis manen. In cuius rei fidem praesentes manu Nra subscriptas sigillo Regni com
muniri iussimus. Datum Cracoviae Die Tertia Mensis Octobris Anno Dni M D C L X I X - Regni Nostri Anno Primo

Michael Rex

Laneus agri vulgo Diakoski dictus in Villa Zaszkowice cum
Taberna ibidem existen. post mortem Gnosi Widzowski Capi
taneatui Grodecen. incorporatur, ac Magnifico Joanni Gninski
Palatino Culmen., Capitaneo Grodecen., et Dorotheae Jaskulska Coniugibus confer
tur.

Joannes Wotowski Secr. Regiae Mtis

7

Oblata 1670

Feria Quinta in Crastino Festi Trans=
figurationis Christi Domini, Anno
eiusdem, Millesimo Sexcentesimo Septu=
agesimo. Privilegium intro contentum
ad Acta Gnesnensia Castrensia Capitanealia
Leopoliensis per oblatam porrectum susceptum
et Inductum

